1407. 1 Luglio Cremona

~~22.~~ 8

Cabrinus Fondullus Cremone ⁊c. Recepta supplicacione continentie subsequentis vz. Magnifice ⁊ excelse dnationi
vre cum quanta pot reuerentia humiliter supplicatur pro parte vri fidelissimi ac deuotissimi oratoris fratris Georgij de
hospinellis preceptoris domus sancti Antonij damate Cremonensis diocesis quatenus cum ipe supplicans heat quamplures debitores
in Ciuitate ⁊ districtu vris Cremonen pluribz de causis ac eidem supplicanti multa damna inferantur in terris pratis
⁊ nemoribz domus pdicte Contra quos debitores ⁊ psonas inferentes damna consequi Jus suum est et dificilimum tum
quia non pot eos psonaliter conuenire obstante decreto celibate [?] dnationis tum etiam qz ipe supplicans no pot gaudere
⁊ vti beneficio decretoz vroz et statutoz Ciuitatis vre pdte Ex quo dicte domui ⁊ ordini ac pauperibz sancti Antonij
sequitur magnum damnum prefata excelsa domiatio vra dignetur mandare quibuscumqz .. officialibz eiusdem dnationis
quatenus eidem supplicanti faciant Jus sumarium ⁊ expeditum contra quoscumqz veros debitores ipius supplicantis
⁊ ordinis pdti tam pntis temporis qz futuri et contra quoscumqz damni dantes ⁊ aliquid occupantes in terris ⁊
possessioibz dicti ordinis ipos realiter ⁊ psonaliter cpellendo ad satisfaciendum eidem supplicanti de omi eo in quo eidem
supplicanti tenent ⁊ p futura tempora tenebunt Ac etiam ipi supplicanti concedere qz possit vti ⁊ gaudere beneficio
decretoz et statutoz pdcoz. Hec eidem supp. concedentes de gratia speciali. Tenore pntium mando .. Potestati meo
Cremone tam pnti qz futuro ac ceteris .. officialibz ad quos spectat ⁊ spectare poterit in futurum quatenus faciant Jus
dco supplicanti sumarium ⁊ expeditum pro consequtioe Jurium ⁊ creditorum suoz ⁊ domus pdce secundum forma
statutoz ciuis [?] Cremone ⁊ non obstan aliquo statuto dicti Cois in contrarium loquente Cauilationibz ⁊ friuolis
exceptioibz cessantibz quibuscumqz Dummodo idem supplicans protestetur ⁊ contentus sit se p suis ⁊ dicte domus
debitis conueniri posse in Ciuitate mea Cremone saltem in foro ecclesiastico. In quoz testimonium pntes fieri iussi ⁊
registrari meiqz sigilli impressione muniri. Dat Cremone die primo Julij Mccccvij.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 6 (22)

Franciscus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1796891584-16/fragment/page=0001

[illegible]

Moritz 6 (22)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1796891584-16/fragment/page=0002

XXII

~~22.~~ 8

1461 (Luglio Cremona)

Cabrinus Fondullus Cremone et c. Recepta supplicatione continentie subsequentis videlicet. Magnifice et excelse dominationi
vestre cum quanta potest reverentia humiliter supplicatur pro parte vestri fidelissimi ac devotissimi oratoris fratris Georgii de
hospinellis preceptoris domus sancti Antonii damiate Cremonensis diocesis quatenus cum ipse supplicans habeat quamplures debitores
in Civitate et districtu vestris Cremonensis pluribus de causis Ac eidem supplicanti multa damna inferantur in terris pratis
et nemoribus domus predicte Contra quos debitores et personas inferentes damna consequi Jus suum est ei dificilimum tum
quia non potest eos personaliter convenire obstante decreto celibate dominationis tum etiam quia ipse supplicans non potest gaudere
et uti beneficio decretorum vestrorum et statutorum Civitatis vestre predicte Ex quo dicte domui et ordini ac pauperibus sancti Antonii
sequitur magnum damnum prefata excelsa dominatio vestra dignetur mandare quibuscumque officialibus eiusdem dominationis
quatenus eidem supplicanti faciant Jus sumarium et expeditum contra quoscumque veros debitores ipsius supplicantis
et ordinis predicti tam preteriti temporis quam futuri et contra quoscumque damnum dantes et aliquid occupantes in terris et
possessionibus dicti ordinis ipsos realiter et personaliter compellendo ad satisfaciendum eidem supplicanti de omni eo in quo eidem
supplicanti tenentur et per futura tempora tenebuntur Ac etiam ipsi supplicanti concedere quod possit uti et gaudere beneficio
decretorum et statutorum predictorum. Nos eidem supplicanti concedentes de gratia speciali. Tenore presentium mando Potestati meo
Cremone tam presenti quam futuro ac ceteris Officialibus ad quos spectat et spectare poterit infuturum quatenus faciant Jus
dicto supplicanti sumarium et expeditum pro consequutione Jurium et creditorum suorum et domus predicte secundum forma
statutorum civitatis Cremone et non obstante aliquo statuto dicti Comunis in contrarium loquente cavilationibus et frivolis
exceptionibus cessantibus quibuscumque dummodo idem supplicans protestetur et contentus sit se per suis et dicte domus
debitis conveniri posse in Civitate mea Cremone saltem in foro ecclesiastico. In quorum testimonium presentes fieri iussi et
registrari meique sigilli impressione muniri. Datum Cremone die primo Julii Mcccclxi.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 6 (22)

Franciscus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1796891584-16/fragment/page=0003